



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

LV. De clericis accusatoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

LII.

Ibidem. Clericus victum & vestimentum sibi artificiolo vel agricultura, absque officii sui detrimento, pareret.

LIII.

Omnes clerici, qui ad operandum validiores sunt, & artificiola & literas discant.

LIV.

Dist. 46. clericus invidens. Clericus invidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promouetur.

LV.

Ibi. accusatores fratrum. Vt episcopus accusatores fratrum excommunicet. Et si emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum.

LVI.

Ibid. cler. qui adul. Clericus, qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur.

LVII.

Ibid. cler. mal. Clericus maledicus, maxime in sacerdotibus, cogatur ad postulandum veniam. Si noluerit, degradetur, nec vnquam ad officium absque satisfactione reuocetur.

LVIII.

Eius qui frequenter litigat, & ad causandum facilis est, testimonium nemo absque grandi examine recipiat.

LIX.

Dist. 90. dist. Discordantes clericos episcopus vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat: inobedientes Synodus * per audientiam damnet.

LX.

Dist. 46. cleri. Clericum scurrilem, & verbis turpibus iocularem, ab officio retrahendum.